

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1323 - 1327

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

rando dicimus et interpretamur, prebendas sepedictas, que sicut pretactum est de communi ministrantur, debere omni tempore secundum statum suum et pro parte prebendam quamlibet contingente, cum prebendis canonicalibus in quibuslibet obventionibus minueri et augeri et specialiter sepedictas regis et capellani episcopi prebendas in prestatione et receptione solidi, de quo premittitur, illis etiam coequari. datum 15 kalendas julii anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio.

*B aus Straßb. Bez. A. G 3464 Collat. Abschrift von einer Hand des 17ten Jahrhunderts im Papier-Copialbuch des Domcapitels nr. 311.*

318. Johannes XXII papa Ruodolfo nato Ruodolfi de Walzhuot providet de canonicatu ecclesie sancti Thome Argentinensis. datum Avinione 15 kalendas decembris anno 10. 1325 November 17 Avignon.

*Aus Vatik. Akten Nr. 591 (Reg. 80 fol. 158).*

319. Johannes XXII papa Erboni nato nobilis viri Johannis dicti de Kagenech providet de canonicatu ecclesie sancti Petri Argentinensis et de prebenda vacatura. «sedis apostolice.» datum Avinione 9 kalendas maji anno 11. 1327 April 23 Avignon.

*Aus Vatik. Akten Nr. 846 (Reg. 83 fol. 342).*

320. C. j. c. A. Burcardus natus quondam Burcardi dicti Erbe militis Arg. per consensum Reinboldi dicti Hüffelin senioris militis Arg. curatoris sui locavit Conrado dicto Winterlinger magistro cerdonum Arg., Reinboldo dicto de Bärne, Johanni dicto de Vessenheim, Gotzoni dicto Smit et Ebelino dicto Schenke<sup>a</sup> cerdonibus Arg. conducentibus sibi et illis, qui societatem habent ejusdem artificii, in vulgari die den einung hant an demselben antewerke, lobium nuncupatum die rintüterlöbe cum omnibus edificiis desuper edificatis, situs juxta matcellos novos a parte anteriori infra pontes ex una et ex parte posteriori tendunt super Heintzelinundem unde nebent zû gegen der hellen et ex parte posteriori tendunt super Heintzelinum dictum Welker Arg., in emphiteosim pro annuo censu quatuor librarum et decem solidorum den. Arg. solvendo in vigilia nativitatis domini quovis anno, ita tamen, si conductores seu successores in ipso artificio universi anno aliquo termino prenotato in solucione census existerent negligentes, quod tunc locator vel heredes possint auctoritate propria intrare hospicia conductorum et in eisdem capere pignora ratione census neglecti, quodque locatori licitum sit eosdem heredes seu successores in dicto artificio universos invadere et occupare judicio spirituali et seculari et sine judicio, quousque plene satisfactum fuerit de censu neglecto. V. Er. I. M. actum 16 kalendas septembris a. d. 1327. hujus instrumenti sunt 2. 1327 August 17.

*Dec. 24*

*S aus Straßb. St. A. Gerberzunft or. mb. c. sig. pend. delapso.*

<sup>a)</sup> dicto Schenke auf Rasur.  
IV, 1

25